dis ſe ipediat inhibitũ fore dcã auctẽ decerni/
mus ⁊ d̄clarám⁹. Hortamur aũt illũ q ad offm̃
ꝓtectionis hmõi qd̃ in p̃ñtiaꝝ ꝑ obituʒ bone
memorie Beſſarionis epi ſabinenſis dci ordis
olim ꝓtectoris nuꝑ vita functi vacat aſſumi ⁊
deputari ꝯtigerit ⁊ ipſius ſucceſſores dci ordis
ꝓtectores: ac eiʒ in v̄tute ſcẽ obie diſtricte p̃ci/
piẽdo inhibem⁹: ne ex p̃dictos articulos caſus
in rl̃a p̃dicta ꝯtẽtos ⁊ exp̃ſſos: nec ẽt in illiʒ cũ
non vniuerſus ordo ſʒ aliq̃ ipſius ps vel ſpãles

pſone errarent ipſoꝝ frm̄ querelas audire ſeu
de ipſoꝝ cauſis ⁊ negocijs ꝯtra lr̃as ⁊ declara/
tiões hmõi intromittere ſe quoquo mõ preſu/
māt: ſ; curent inuigilent ⁊ intēdant: vti eſt pro/
priorꝫ eoꝝ offō ⁊ p̄ſati ſci. F. ⁊ aplice ſedis iten
tio extitit ipm̄ ordinē in ꝗeto tranqlo ⁊ pacifi
co ſtatu ꝯſeruare ⁊ augere ab īpugnātib⁹ mole/
ſtantib⁹ ⁊ pturbātib⁹ ꝓtegere defendere ⁊ tueri
ne ſecus agēdo ordinē p̄ſatum nō ſolu; nō ꝓte
gāt ꝯſeruent ⁊ exaltēt vt tenent: ſ; in aiaꝝ ſua/
rū pnitiem ⁊ dicti ordis detrimētum ⁊ ſcanda
lu; pturbēt deſtruāt ⁊ ꝯfundāt. Nulli ergo ⁊c.
nr̃e approbatōis ꝯſtōnis decreti declarationis
exhortatiōis ⁊ inhibitiōis infringere vel ei au
ſu ⁊c. Si quis ⁊c. Datū Rome apud ſcm̄ Pe
trū. Anno incarnationis dn̄ice. M.cccclxxij.
quīto kal. Februarij. Pontificat⁹ nr̃i āno ſcdo.
Nulli ergo oino hoium liceat hāc paginā nr̃e
abſolutionis: approbatiōis: ⁊ cōmunitiōis in/
fringere vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si quis
aūt ⁊c. Datū Rome apud ſcm̄ Petru; Anno
incarnatiōis dn̄ice. Milleſimo qngēteſimoſe/
ptimo. Idus octobris. Pontifi. nr̃i āno. iiij.

❧ Qualr Innocentius. iiij. ꝯcedit miſtro ge/
nerali ordinis vt poſſit viſitare ⁊ corrigere fra
tres qui morantur in obſequijs aliorum.

i **Innocentius** ep̄s ſeruus ſeruoꝝ dei.
Dilecto filio miſtro gn̄ali ordis fratrū
minoꝝ. Salutē ⁊ aplicā bn̄di. Cū ſicut te acce
pim⁹ itimante nōnulli ex fribus tui ordis qui
de ſuperioris licētia in aliorum obſequijs com
morantur exēptos ſe a tua iuriſditione creden
tes talis plerūq; ꝑpetrant p que detrahit ordi/
ni ⁊ ſcandalum inde gn̄atur: nos tuis ſupplica
tionibus inclinati p̄ſentium tibi auc̄te conce/
dimus vt vniuerſos frēs qui morantur in ob/
ſequijs alioꝝ illis dūtaxat exceptis q ſunt vel
fuerint ad legatoꝝ apoſtolice ſedis ſeruitia de/
putati libere valeas viſitare: corrigere: amoue/
re: ac alios eis ſubſtituere ꝓut ſm̄ deum vide/
ris expedire. Non obſtātib⁹ qbuſcūq; lr̄is ſeu
indulgētijs ſedis apoſtolice per quas id valeat
impediri. Cōtradicētes p cenſurā eccleſiaſticā
appellatione poſtpoſitā compeſcendo. Datum
Lugduni decimo ſeptimo kalendas ſeptēbris.
Pontificatus noſtri anno quarto.

❧ Honorius. iij. inhibet ne quis frater profeſ/
ſus fiat ante annum ꝓbationis cōpletum. Et
determinat ꝙ nulli fri facta ꝓfeſſiōe in iſto or/
dine licet exire vel retro aſpicere: exeunte; v̄o
nemini liceat retinere. Et ꝙ p̄lati contra tales
exeuntes pn̄t p cenſuras ꝓcedere ⁊c. Datū tpe
ſci Frā. ante regule ꝯfirmationem ⁊ in ſecūdo
capitulo regule allegata ⁊ confirmata.

h **Honorius** ep̄s ſeruus ſeruo/
rū dei. Dilectis fi/
lijs fri Frāciſco ⁊ alijs priorib⁹ ſeu cu/
ſtodib⁹ minoꝝ frm̄. Salutē ⁊ aplica; bn̄di. Cū
ſm̄ ꝯſilium ſapientis nihil fit ſine ꝯſilio facien/
dū ne poſt fcm̄ penitudo ſequaꝛ expedit cuili/
bet celſioris vie ꝓpoſitū aggreſſuro vt p̄cedāt
palpebre greſſus vires ꝓbas diſcretiōis mode/
ramine metiēdo ne ſi: qđ abſit: altiora ſe q̄rens
in cōmotionē dederit pedē ſuū retro reſpiciat
in ſalis īfatuati ſtatuam ꝯuertēdus ꝓ eo ꝙ ſui
ſacrificiū qđ fuerat oblaturus ſale ſapie nō ꝯdi
uit. Sicut. n. ſapiens deſipit ſi nō ſeruet ſic ſer/
uens ꝯfundiꝛ ſi nō ſapit. Quare pene in oi reli
gionis ordine eſt ꝓuide ſtatutu; vt rl̄ares obſ/
uantias ſuſcepturi certo tpe ipſas ꝓbent ⁊ ꝓ/
benꝛ in eis ne ſit loc⁹ de cetero penitudini quā
nō pōt leuitatis occaſio excuſare. Auc̄te vobis
p̄ſentium inhibem⁹ ne aliquē ad ꝓfeſſionē ve/
ſtri ordis niſi p annū in ꝓbatione fuerit admit/
tatis. Poſt factā v̄o ꝓfeſſionē nullus frm̄ ordi
nem veſtrū relinq̄re audeat nec relinquentem
alicui ſit licitū retinere. Inhibem⁹ ēt ne ſub ha
bitu vite veſtre liceat alicui extra obiam euaga
ri: ⁊ pauptatis veſtre corrūpere puritatē. Qꝫ ſi
q forte p̄ſūpſerint liceat vobis in frēs ipſos do
nec reſipuerint cenſurā eccleſiaſtica; exercere.
Nulli ergo oīno hoium liceat hāc paginā nr̃e
inhitiōis ⁊ ꝯceſſionis infringere vel ei auſu te/
merario ꝯire. Si qs aūt hoc attētare p̄ſūpſerit
indignationem oipotētis dei ⁊ btōꝝ Petri ⁊
Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit icurſuru;.
Datum apud viterbiu; decimo kal. octobris.
Pontificatus noſtri anno quinto.

❧ Idem Innocentius. iiij. p̄cipit archiepis ⁊
epis p̄latis vt frēs apoſtatas cū fuerint requiſi/
ti denūcient ⁊ faciant illos publicari ⁊ ꝙ nul/
li poſt votum ſolēne licet reſilire ⁊c.

i **Innocētius** ep̄s ſeru⁹ ſer/
uoꝝ dei. Ve/
nerabilib⁹ frib⁹ archiepis ⁊ epis ⁊ dile/
ctis filijs.



ctis filijs: Abbatib⁹ priorib⁹ archidiaconis de/
canis ⁊ alijs eccleſiaꝝ p̄latis ad quos lr̄e iſte ꝑ/
uenerint. Salutē ⁊ aplicā bn̄di. Frm̄ minoru;
ꝯtinēt inſtituta vt ad ꝓfeſſionē ſui ordis niſi p
annū in ꝓbōne fuerit nullus admittaꝛ ne forte
altiora ſe querēs retro tandē reſpiciat tanq̄; in
cōmotionē dederit pedē ſuū. S; ⁊ nulli eiuſdē
ordis frm̄ poſt factā ꝓfeſſionē lic; ordinē ipm̄
relinq̄re nec relinquētē alicui retinere. Noſq;
miſtris ⁊ cuſtodib⁹ frm̄ ipſoꝝ ꝯceſſimus vt in
diſcedētis donec reſipuerint eccl̄iaſticā exerce
rēt cenſurā: q: cu; ꝓbati fuerint nullus locus
eſt penitudini qua; al̄s poſſit leuitatis occaſio
excuſare. Nūc aūt nō ſine admiratōe referim⁹:
ꝙ ſicut relatū eſt nobis cū p̄dictos miſtri ⁊ cu/
ſtodes tal̄r diſcedētes excōicationi ſubijciunt
hos aliq veſtrū tanq̄; excōicatos vitare nō cu
rant. Vn̄ illi magis obſtinati ꝯtingit ⁊ dictoꝝ
frm̄ ordinē ⁊ religionē īfamari. Q: v̄o ⁊ ſi vni/
uerſis libeꝝ ſit arbitriū in vouēdo nec nec̄itas
in vota locū hēat ſ; volūtas: vſq; adeo tn̄ ſolu/
tio eſt nec̄ia poſt votū: vt ſine ꝓprie ſalutis diſ/
pendio alicui reſilire nō liceat ab his q̄ ſponte
vel ſolēniter repromiſit. Quare nemo mittens
manū ſuam ad aratrū ⁊ reſpiciens retro aptus
eſt regno dei. Ananias ⁊ ſaphira q abire retror
ſum ſcō ſpūi mētientes a ꝯſpectu apl̄oꝝ princi/
pis mortui ſcribunꝛ ſucceſſiue delati. Vniuer/
ſitatē veſtrā monem⁹ ⁊ exhortamur. In dn̄o p
aplica vobis ſcripta mādātes: quaten⁹ ne quis
veſtrū vn̄ qs in pctis moriaꝛ ⁊ ordo hmōi de/
tractioni ſubiaceat ſit occaſio: diſcedentes poſt
ꝓfeſſionē factā ab eis ſm̄ p̄dicta illi⁹ ordis iſti/
tuta p̄ſertim excōicationi notatos ab ipſis eui/
tetis oino: quos etiā cū ab eiſdē miſtris ⁊ cuſto
dib⁹ fueritis reqſiti excōicatos nūciare curet;:
vt cū demū ſe cognouerit īter hoies ac hūano
carere ſolatio ad ſuu; ordinem ad reddendum
deo votū qđ in eius ſuſceptione deuouerāt re/
uertanꝛ. Datū Lugduni. viij. kalendas Maij.
Pontificatus noſtri anno quarto.

❧ Inno. papa. iiij. ꝯcedit ꝙ apoſtatas nr̄i ordi
nis poſſum⁹ excōicare ligare cape icarceraꝛ ⁊c.

i **Innocētius** ep̄s ſeru⁹ ſer/
uoꝝ dei. Dile
ctis filijs gn̄ali ⁊ ꝓuincialib⁹ miſtris ac
cuſtodib⁹ ceteriſq; frib⁹ ordis frm̄ minoꝝ. Sa/
lutē ⁊ aplicā bn̄. Prouiſiōis nr̄e cupim⁹ ꝓue/
nire ſubſidijs: vt ſp i meli⁹ deo ꝓpiciante ꝓfi/
ciat ⁊ ſi qđ obſtare dignoſciꝛ ſolicite corrigaꝛ.
Vos itaq; quos in diui amore nois vigiles de/
lectat extirpare vitia ⁊ plātare v̄tutes: vt apo/
ſtatas vel iſolētes vr̄i orđ. niſi vr̄is ſalutaribus
monitis acqeſcāt excōicare: ligare: capere: car/
ceri mācipare: ſi videbiꝛ expedire poſſitis au/
ctoritate preſentium ꝯcedim⁹ facultatē. Datu;
Lugduni. Pontificat⁹ noſtri anno tertio.

❧ Clemēs papa. iiij. precipit tacite profeſſos
in ordine frm̄ minoꝝ nouitios ad ſeculū reuer
tentes cōpelli aliquā religionem intrare.

c **Clemens** ep̄s ⁊c. Ad ꝑpetuā
rei memoria;. Ve/
nerabilib⁹ archiepis ⁊ epis. Ex pte di/
lectoꝝ filioꝝ miſtroꝝ ordis frm̄ mi. fuit ꝓpoſi/
tū corā nobis: ꝙ nōnulli nouicij domoꝝ eiſdē
ordis ꝓcurāte humani gn̄is inimico ad ſeculū
reuertunꝛ quoꝝ qdā mr̄imonia ꝯhūt qdā ad
eccleſias ⁊ bn̄ficia eccl̄iaſtica q̄ p̄mit⁹ habuerāt
reſtitui ſe ꝓcurant ſeu al̄s in ſclo dānabil̄r eua/
ganꝛ in aiaꝝ ſuaꝝ piculū ⁊ plurimoꝝ ſcādalu;
q̄;uis p hitū eiuſdē ordis q dari ꝓ ſitētib⁹ ꝯſue
uit q̄ ipſi ſpōte ac volūtarie receperūt ⁊ alias
apparuerit euidēter ꝙ voluerit hmōi religio/
nis vitā imitari ⁊ ſub religiōe dn̄o ꝑpetuo deſ/
uire. Quare dci miſtri de eoꝝ ſalute ſoliciti hs
mil̄r ſupplicarūt vt ꝓuidē ſup h̄ miſicorditer
ꝓcurarem⁹. De vr̄a igiꝛ diſcretiōe plenā i dn̄o
fiduciā hn̄tes vobis p aplica reſcripta diſtricte
p̄cipiēdo mādam⁹: q̄tenus ſi ita eſt dictos no/
uitios vt ad eundē ordinē vel ad aliū debeant
ſe trāſferre monitione p̄miſſa p cēſuram eccle/
ſiaſticā appellatiōe remota cogatis cū a p̄dictis
miſtris vl̄ frib⁹ ſui ordis fueritis reqſiti. Datū
Viterbij. ij. kal. ſeptēbris. Pōtifi. nr̄i āno 3°.

❧ Nico. iiij. ꝓhibet frib⁹ minorib⁹ euntib⁹ ad
alios ordines lnia petita vel non petita ne poſ/
ſint hr̄e prelaturam vel adminiſtrationem.

n **Nicolaus** ep̄s ſeru⁹ ſuoꝝ dei.
Dilectis filij gn̄ali
⁊ ꝓuincialib⁹ miſtris ac vniuerſis fra/
tribus ordis frm̄ minorum. Salutē ⁊ apoſtoli/
cam bn̄dictionē. In veſtri ordis regula p ſede;
apoſtolicā ꝯfirmata inter cetera ꝯtineꝛ ꝙ eam
ꝓfeſſis de ipſa egredi nullo mō licebit nec vo/
bis licētiandi ⁊ abſoluēdi ab ordine ipſo ptās
tribuitur ex regula p̄dicta: ſed nōnulli ordinis

veſtri frēs poſt factā in ipo ꝓfeſſionē ab eis infirmitate mētita ⁊ alijs ꝯfectis mendacijs ac ꝑ malignitatis aſtutias occaſiōibꝰ varijs adinuētis ⁊ ambitionibꝰ creſcētibꝰ in eiſdē a ſuperioribus ſuis interdū exeundi de ordie ipo licentiā poſtulāt eādēqȝ obtinēt ab eiſdē: iterdū v̄o illicētiati exeūt de eadē ad alios ꝯuolantes in qbꝰ dignitates ꝑlaturas ⁊ officia aſſumūt: non ſine ꝓprie ſalutis diſpēdio ⁊ derogatiōe nō modica honeſtati ordi. memorati. Nos itaqȝ volentes huic morbo ꝯgrue medele remediū adhibere: ac aiarum obuiare piculis ⁊ euagādi materiaʒ amputare: auc̄te apl̄ica ſtatuimꝰ ⁊ ēt ordinamꝰ vt frēs veſtri ordis q poſt ꝓfeſſionem ab eis in ipſo ordine factā ad quoſcūqȝ ordines ꝓfeſſionis cuiuſlibet petita vel nō petita obtenta vel nō obtēta a ſuis ſuperioribꝰ licētia imediate vel ꝑ aliū ſeu alios ordines mediate trāſiuerūt iaʒ vel trāſiuerint in ordie ſiue in ordinibꝰ ad quē vel ad quos trāſitū habuerūt aut eos in poſterū hēre ꝯtigerit vel ēt extra illos ad nullaʒ oino adminiſtrationē vel offm̄ curā aiarū habētia nec ēt ad aliq̄ʒ dignitatē vel ꝑlaturā ſeu ꝑſonatū quoquo mō poſſint aſſumi abſqȝ apl̄ice ſedis ſpāli ⁊ expreſſa licētia ꝑ ipſius ſedis patentes lr̄as ꝯcedēda facientes plenā certā ⁊ determinatā de ſtatuto ⁊ ordie hmōi mētionē. Nos enim nihilominꝰ ex nūc irritū ⁊ inane decernimus ſi ſecus in hac parte fuerit attentatū. Nulli ergo oino hoium liceat hāc paginā nr̄i ſtatuti ordinatiōis ⁊ ꝯſtitutiōis iſringere vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si qs aūt hoc ⁊c. Datuʒ Rome ſecundo idus Maij. pōtificatus noſtri anno primo.

¶ Qȝ nec domini aliqui nec Cardinales aut alij prelati teneant ſecuʒ frēs ꝓ capellanis ⁊c. Et de auctoritate generalis ⁊ prouincialiū miniſtrorum ſuper tales Martinus quintus.

m Artinus ep̄s ſeruus ſeruoruʒ dei. Ad perpetuam rei memoriā. Debitū paſtoralis regrit offm̄ vt circa obſuātiā rl̄arē religionū quorūlibʒ itēdētes ne vlris religionē ꝓfeſſis a ꝑceptꝭ ⁊ obſeruātia ſui ordis deuiādi aut euagādi det occaſio de remedio ꝓuideat oportuno. Nuper ſiqdē cū ex pte gn̄alis miſtri ordinis minorum nobis expoſitū fuerit ꝙ nos varijs pſonis tam archiepis: epiſcopis ⁊ alijs ꝑlatis qȝ ducibus principibus ⁊ diuerſi dn̄is tpibus ac ēt venerabilibꝰ frībꝰ nr̄is ſancte Romane eccl̄ie Cardinalibꝰ certas facultates ⁊ licētias ꝯceſſimꝰ de recipiēdo ⁊ retinēdo ad ſua ſeruitia ⁊ in ſuos capellanos vnū vel plures ex fribꝰ dicti ordis: ꝙqȝ ꝑterea ipſi frēs ſic recepti ſuis ſuperioribus inobediētes ⁊ rebelles exiſtūt ⁊ cām euagandi exinde aſſequūtur: ꝑ loca varia abſqȝ vllo obediētie vinculo diſcurentes in aiaꝝ ſuaꝝ piculū ⁊ dicti ordinis infamiā ⁊ iacturaʒ. Nos cupiētes vt ipſi frēs altiſſimo famulent̄ ſm̄ eoꝝ rl̄aria inſtituta oēs ſingulas hmōi licētias facultates ⁊ ꝯceſſiones ꝑ nos ac illos q olim ꝓ romanis pōtificibꝰ ſe geſſerūt ſupradictis ⁊ qbuſcūqȝ alijs pſonis quacūqȝ eccleſiaſtica vel mūdana dignitate fulgentibus ſub quauis forma vel expſſione v̄boꝝ ꝯceſſas ⁊ factas ēt ſi de eis earūqȝ totis tenoribꝰ ac de v̄bo ad v̄bū pn̄tibꝰ plena ⁊ expreſſa eſſet mētio facienda auc̄te apl̄ica tenore pn̄tium reuocamꝰ caſſamꝰ ⁊ irritamus ac pro infectis nulliuſqȝ haberi aut eſſe volumꝰ roboris vel momēti. Decernentes ac ēt auc̄te ſimili ſtatuētes ꝙ nulla ex pſonis ꝑfatis aliquē frēm dicti ordinis ad ſua detinere ſeruitia aut in ſuū capellanū exceptis ꝑfatis cardinalibus quoꝝ qlibet vnū ttm̄mō ex ipſis fribꝰ in ſuum capellanū recipiēdi ⁊ retinēdi licentiaʒ elargimur retinere poſſit ⁊ hēre quōlibet in futurū. Nos enim gn̄ali ⁊ prouincialibꝰ miſtris ꝑfatis ꝯtra hmōi frēs ⁊ capellanos ingrendi ⁊ procedēdi ac ipſos ad loca ſui ordinis ⁊ rl̄arē obſeruātiā reuocādi ac ꝯtra faciētes caſtigādi ⁊ puniēdi ſm̄ eoꝝ rl̄aria inſtituta dictis ꝯceſſionibꝰ ⁊ alijs in ꝯtrariū editis: nō obſtātibꝰ qbuſcūqȝ plenariā facultatē ꝯcedimus ac etiam poteſtatem. Decernentes irrituʒ ⁊ inane quicquid in ꝯtrarium a quoq̄ʒ quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus vel ipoſterum ꝯtigerit attētari. Nulli ergo oino hoium liceat hāc paginā nr̄e reuocationis caſſationis: irritatationis: volūtatis: ꝯceſſiōis: cōſtitutionis infringere vel ei auſu temerario contrarie. Si quis autem ⁊c. Datum Rome apud ſanctos apoſtolos ſeptimo kalendas Iunij. Pōtificatus nr̄i āno tertio decimo Poggius. L. de reate.

¶ Qȝ generalis poſſit ꝯſtituere miniſtros auctoritate apoſtolica ſuffultos.

Urbanus



v Rbanus ep̄s ſeruꝰ ſuoꝝ dei. Dilecto filio Henrico ordinis frm̄ minoꝝ Gn̄ali miniſtro. Salutem ⁊ apoſtolicā benedictioneʒ. Iniunctum nobis licet imeritis apoſtolatꝰ offm̄ nos crebro ſolicitat ⁊ inducit vt obſeruātia regularis nr̄is tpibꝰ augeatur ꝙqȝ illis qui conceſſa licētia abutuntur ſic oportunis remedijs obuietur ne qbus ꝑſeſſendo ſalutis accōmoda afferre tenentur: modeſtie freno laxato diſpendia ⁊ grauamina ꝓcurent aut poſſint inferre. Sane nuꝑ ad noſtrū non ſine diſplicentia peruenit auditū ꝙ nōnulli miniſtri ꝓuiciales ordinis tui ꝑ ſedem apoſtolicā deputati aliquoꝝ in hac parte ſuoꝝ complicum ſuffulti potentia nō iuxta obſeruantiā rl̄arem ac inſtituta ordis predicti: ſed tyrānice ac maliuole prouicialatꝰ officia per ſedem apoſtolicā eis decreta exercere nō verentur. Unde vigor regularis nō mediocriter lenteſcit hmōi ⁊ in eodē ordine ſcandala ſuſcitantur vt plurimum ac ēt aiarum diſpendia procurantur. Nos volentes huic morbo vt tenemur congruo ſubuenire antidoto: ac tranſgredientiū auſus hmōi refrenare: tibi in hmōi: ⁊ quoſcūqȝ alios miniſtros prouinciales dicti ordinis ēt ſi fuerint per eandeʒ ſedem deputati ac deputandi: qui officia predicta iuxta obſeruantiā ⁊ inſtituta ꝑdicta ⁊ al̄s debite non exercuerint: aut circa illa negligētes extiterint ſeu remiſſi preuia rōne quotienſcūqȝ tibi videbitur ⁊ oportunuʒ extiterit auctoritate noſtra deponendi ⁊ deſtituendi ⁊ alios eiuſdeʒ ordis ꝓfeſſores ſcientia ⁊ vita approbatos in regulari obſeruātia hmōi ⁊ lege dn̄i eruditos loco depoſitoꝝ ſeu deponendoꝝ ꝑ te ꝑdictoꝝ in ꝑdictis ꝓuincijs in ꝓuinciales miniſtros ſm̄ morem ordinis ꝑdicti ꝯſtituendi ⁊ deputādi. Super qbꝰ ēt tuam ꝯſcientiā oneramus. Qui quidem deputandi omnia ⁊ ſingula gerere exercere ꝓſequi ⁊ facere poſſint q̄ ad prouincialatus hmōi prouincie ſeu ꝓuinciaꝝ ſpectat officiū ⁊ q̄ ꝓuinciales miniſtri earūdem ꝓuinciarum q fuerunt pro tpe gerere exercere ⁊ ꝓſeq ⁊ facere licite potuerūt ſeu ēt poterūt: ſeu ēt debuerūt. Ac mādādi vniuerſis ⁊ ſingulis quoꝝ intereſt vt eiſdē miſtris ꝓuincialibus quos deputaueris in his q̄ ad hmōi ꝓuincialatꝰ ſpectant officiū plene pareāt ⁊ itēdāt. Cōtradictores quoqȝ ⁊ rebelles cēſura eccleſiaſtica ⁊ al̄s iuxta inſtituta ꝑdicta cōpeſcendi auc̄te ꝑdicta vſqȝ ad nr̄m beneplacituʒ plenā ⁊ liberā tenore pn̄tiū ꝯcedimus facultatē. Nos. n. penas ⁊ ſentētias quas rite tuleris in rebelles faciemus auctore dn̄o vſqȝ ad ſatiſfactionē ꝯdignā inuiolabiliter obſeruari. Datum Luce. xiiij. kal̄s ſeptembris. Pontificatus nr̄i anno. x. Oldradus. v. Gregorij pro Armando in. v. de piſtorio.

¶ Eugenius quartus reponit oēs ⁊ ſingulos frēs ordinis minorum ꝑſertim ꝯuentus ſancti ſpūs in termino muri veteris de tullio ⁊ pariſieñ. qui ꝑtextu priuilegioꝝ vniuerſitati pariſienſi ꝯceſſorum ſe de corpore ſtudij eſſe dicētes ab obedientia miſtrorū ⁊ alioꝝ officialiuʒ ordinis ſe retrahere conantur ⁊ alios quoſcūqȝ cuiuſcūqȝ ꝯditionis ⁊ gradus exiſtant eorumqȝ ꝯuentus domꝰ ⁊ loca vbicūqȝ ꝯſtituta ſub obedientia ⁊ iuriſditione gn̄alis miſtri ⁊ alioꝝ ab eodē deputandoꝝ miſtroꝝ iuxta regule ac ꝓfeſſionis ſue ⁊ ſtatutorum ordinis formam.

e Ugenius ep̄s ſeruus ſeruorū dei. Dilecto filio Fri Guilelmo de caſali ſacre pagine ꝓfeſſori ordinis minoꝝ gn̄ali miniſtro. Salutē ⁊ apoſtolicā benedictionē. Ad ea q̄ religionis augmētum religioſorūqȝ ordinū ꝯſeruationē ꝯcernunt intendētes illa libēter fauore ꝓſeqmur oportuno. Sane cū ex inſtitutione regule bti Frā. vniuerſi eiuſdem ordinis frēs vnum ex fribus dicte religionis teneantur ſemꝑ habere generaleʒ miniſtrū ⁊ illi firmiter obedire ⁊ fide digna relatione intelleximꝰ quoſdam dicti ordinis ꝯuentus pretēſis qbuſdam priuilegijs alijſqȝ excuſationibus preſertim ꝯuentū ſancti ſpūs in termino muri veteris in valle q̄ dicitur de tullio dicte valentinenſis: ⁊ iuxta dicti ordinis morē prouincie arragonie ſe ab tua obedientia ſubtrahere prout idem conuentus certo tempore ſubtraxit atqȝ de conuentu pariſieñ. intellexerimus ꝙ nonnulli in eo degētes pretextu priuilegioꝝ apl̄icoꝝ vniuerſitati pariſieñ. ꝯceſſoꝝ ſe de corpore ſtudij eſſe dicentes ab miniſtroꝝ ⁊ alioꝝ officialiū ipſius ordinis obediētia ſe retrahere conētur: decenſqȝ ⁊ rōnabile exiſtimemus nullum fore q a rl̄a tam ſalubriter inſtituta ⁊ quam oēs tenentur obſeruare ſe ſubtrahat. Idcirco oēs ⁊ ſingulos dicti

oꝛdinis frēs cuiuſcūqꝫ gradus ⁊ ꝯditionis exi/
ſtant:⁊ q̄buſcūqꝫ noībus cenſeant̄ eoꝛūqꝫ ꝯuē/
tus domos ⁊ loco vbicūqꝫ ꝯſtituta. Necnō ꝑ/
ſonas ipſoꝝ vbicūqꝫ reperiant̄:vel in ſuis con
uentibus ⁊ locis:vel extra:⁊ preſertim conuē/
tus ꝓ̄dictos ſancti ſpūs in termino muri vete/
ris ⁊ Pariſieñ.obie ſubiectioni ⁊ iuriſditioni
tue ſm̄ formam regule ⁊ profeſſionis ipſoꝝ ſta/
tutoꝛūqꝫ eiuſdem oꝛdis tam a pōtificibꝰ roma/
nis q̄ꝫ a generalibus emanatoꝝ ſubmittentes
plenariā tibi ⁊ ꝑ te deputādis obiam in cūctis
iuxta ꝓ̄dictam regule formam exhibere volu/
mus:⁊ p̄ntium tenoꝛe mādamus. Conſuetu/
dinibus q̄buſcūqꝫ ⁊ priuilegijs ap̄licis cuicūqꝫ
vniuerſitati collegio vł pſonis particularibus
ſub quacūqꝫ verboꝝ forma ꝯceſſis. Et de q̄bus
etiam de verbo ad v̄bum faciēda eſſet mentio
ſpālis. Indultis ēt preſertim Benedicti ter/
tijdecimi in ſua obediētia noīati que quātum
ad hoc tm̄ ceteris imunitatibus predicto con/
uentui ſci ſpūs reſeruatis caſſamus ⁊ reuoca/
mus. Ceteriſqꝫ in cōtrarium facientibus non
obſtañ.q̄buſcūqꝫ. Tibi nihilominus ⁊ ꝑ te de/
putādis oēs ⁊ ſinglos ſupradictos obedire re/
cuſantes ⁊ ꝯ̄dictores quoſcūqꝫ ꝑ cēſurā eccłia/
ſticam ⁊ alia iuris remedia appellatione poſt/
poſita compeſcēdi auc̄te ⁊ tenoꝛe ſimilibus li/
centiam poteſtatēqꝫ plenariaꝫ ꝯcedētes. Inuo
cato ēt ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſe/
cularis. Nulli ergo oīno hoīum liceat hanc pa
ginam noſtre ſubmiſſionis:voluntatis:māda/
ti:caſſationis:reuocationis:⁊ conceſſionis in/
fringere:vel ei auſu temerario contraire. Siq̄s
autem ⁊c̄. Datum Bononie Anno incarna/
tionis dñice Milleſimo quadrigenteſimo tri/
ceſimo ſeptimo.q̄nto idus Ianuarij. Pontifi.
noſtri anno ſeptimo. Io.de Monte cinere.

¶ Exemptio fratrum minoꝝ ab oꝛdinarijs.
Et auctoꝛitas gñalis miniſtri ſuꝑ totum oꝛdi/
nem ⁊ quoſcūqꝫ eiuſdeꝫ oꝛdines fratres ⁊ eoꝝ
liberam coꝛrectionem viſitationem ⁊ punitio/
nem etiam quacunqꝫ auctoꝛitate ap̄lica quali/
tercūqꝫ exemptos. Nicolaus quintus.

n **Icolaus** ep̄us ſeruus ſeruoꝝ dei. Ad ꝑpetuaꝫ rei
memoꝛiaꝫ. Et ſi cūctoꝝ fideliuꝫ quoꝝ
lꝫ īmeriti ex ſ ipmi pōtificatus officij curā ge/
rimus ſtatū ſalubꝛiter dirigēdo nr̄e ſolicitudi/
nis partes libēter adhibeamus:ad oꝛdinem tñ
frm̄ minoꝝ eo ſpālius nr̄e mētis oculos flecti/
mus quo ex illo fructꝰ vberes in agro dñico cō
tinuo ꝓuenire cōſpicimꝰ ⁊ vt oīum aduerſan/
tiū ab eis adēptis anfractibꝰ cū pacis dulcedie
⁊ q̄etis amenitate ſub rłari habitu in mādatis
dñi valeant libētius gloꝛiari. Exhibita ſiq̄dem
nobis nuꝑ pro parte dilecti filij angeli de peru
ſio miſtri gñalis ⁊ frm̄ dicti oꝛdinis petitio cō/
tinebat. Q̄ꝛ licꝫ ipſi fratres ipſoꝛumqꝫ domus ⁊
loca ꝑ ſpāle ſedis ap̄lice ꝓ̄uilegiū ab oī iuriſdi/
tione ⁊ ſupioꝛitate quoꝛūcūqꝫ oꝛdinarioꝝ ſint
exēpti pariter ⁊ imunes ⁊ dūtaxat Romano
pontifici ac ſedi apoſtolice immediate ſubiecti
exiſtāt. Nichilominꝰ nōnulli archiepi:ep̄i eo/
rūqꝫ vicarij ſiue alij locoꝝ oꝛdinarij in diuerſis
mūdi partibꝰ ⁊ ꝓ̄ſertim in hyſpanie ⁊ legionis
regnis ꝯſiſtentibus eoſdē frēs moleſtare ꝑtur/
bare inquietare:capere:carcerare:ac de eoꝛum
domibꝰ inuitos expellere ⁊ detinere p̄ſumūt
in graue ipſoꝝ archiepiſcopoꝝ:⁊ ep̄oꝝ ac alio/
rum oꝛdinatoꝝ hmōi aīarum periculuꝫ:dicte
ſedis ꝯtemptū:ac frm̄ ⁊ oꝛdinis ꝓ̄dictoꝝ dam/
nuꝫ ⁊ ꝑiudicium ⁊ ſcandalū plurimoꝝ:quare
pro parte miniſtri ⁊ frm̄ predictoꝛū nobis fuit
hūiliter ſupplicatū:vt ſuꝑ hoc eis ꝓuidere de
opoꝛtuno remedio dignamur. Nos igit̄ illo vo
lētes eiſdē miſtro ⁊ fribus ꝓ̄ſidio ſubuenire q̄
hmōi pſonaꝝ ꝓ̄ſumptio retundat̄:⁊ eiſdeꝫ ar/
chiep̄is ep̄is ⁊ officialibꝰ ⁊ alijs oꝛdinarijs an/
tedictis ꝓ̄cludat̄ aditus ſilua cōmittendi hmōi
ſupplicationibus inclinati auc̄te apoſtolica ꝓ̄/
ſenti irrefragabili ꝯſtitutiōe ſtatuimꝰ ⁊ māda/
mus ꝙ nulla pſona cuiuſcūqꝫ dignitatis ſtatꝰ
gradus vel ꝯditionis exiſtat de cetero eoſdem
frēs moleſtare ꝑturbare capere carcerare:vł de
eoꝝ domibus in antedictis inuitos expellere
quoquo modo ꝓ̄ſumāt. Q̄ꝛ ſi foꝛſan quiſpiā cō/
tra hāc nr̄am ꝯſtitutionē temere venire ꝓ̄ſum/
pſerit ⁊ ab ipſis fribꝰ monitꝰ a p̄miſſis reſipi/
ſcere quoquo mō ꝯtēpſerit excōicatōis penam
ipſo facto incurrat. Et nihilominꝰ ne eiſdē fra/
tribus delinquendi tacite ꝯcedi videat̄ impu/
nitas aut occaſio malignādi miſtro gñali dicti
oꝛdinis pro tp̄e exiſtēti ꝯcedimꝰ ꝙ oēs ⁊ ſingu
los frēs ſiue in monaſterijs monialium ſiue in
alijs domibꝰ ꝯuentibꝰ heremitoꝛijs ⁊ locis di/
cti oꝛdinis cōmoꝛātes. Etiā ab obediētia viſi/
tatione



tatione ⁊ coꝛrectione dicti miſtri ꝑ ſpālia ſedis
apoſtolice indulta ſe exēptos eſſe ꝓ̄ter rłe ſtatu
toꝝ dicti oꝛdinis foꝛmā ꝓ̄tendētes (Nō obſtan
tibꝰ q̄buſcūqꝫ priuilegijs exēptionibꝰ indultis
⁊ litteris ap̄licis eis eoꝛūqꝫ monaſterijs ſiue do
mibus ꝯuentibus locis ꝓ̄fatis ⁊ heremitoꝛijs
ꝑ nos vel ſedē apoſtolicaꝫ in genere vel ſpecie
ꝯceſſis de q̄bus in nr̄is lr̄is habēda eſſet mētio
ſpālis) iuxta ꝯſtitutiones ⁊ regularia inſtituta
āntiqua dicti oꝛdis coꝛrigere:viſitare:punire:⁊
emēdare ac in criminibꝰ grauioꝛibus ſi res ipa
exegerit cum moderamine tñ toꝛture ſubijcere
poſſit ⁊ valeat auc̄te apoſtolica tenoꝛe p̄ſentiū
licentiā ꝯcedimus ac pariter facultatē. Conſti
tutionibꝰ apoſtolicis ac dicti oꝛdinis iuramen/
to ꝯfirmatione apoſtolica vel quacūqꝫ firmita
te alia roboꝛatis ꝯuentionibus vel ſtatutis cete
riſqꝫ ꝯtrarijs nō obſtantibꝰ quibuſcūqꝫ. Nulli
ergo oīno hominū liceat hanc paginā noſtroꝛū
ſtatuti mādati ⁊ ꝯceſſionis infringere vel ei au
ſu temerario ꝯtraire. Si quis autē ⁊c. Datum
Rome apud ſanctū Petrū anno incarnatio/
nis dñice. Milleſimo quadringēteſimo quin/
quageſimo .xvij. kalendas Februarij. Ponti/
ficatus noſtri anno quarto.
¶ Marcellus. L.de coꝛſialis.

¶ Auctoꝛitas generalis miniſtri ſuper inquiſitoꝛes.

e **Ugenius** ep̄s ſeruus ſeruoꝝ dī. Dilecto filio ge
nerali miniſtro oꝛdis frm̄ minoꝝ. Sa/
lutem ⁊ apoſtolicā benedictionē. Ex iminēte
paſtoꝛalis officij cura nobis ꝑtinere cognoſci/
mus vt inquiſitionē heretice prauitatis ad tol/
lēdos xp̄iane legis plerūqꝫ ſuboꝛientes ꝑnitio/
ſos erroꝛes viris ydoneis cōmittamus. Conſi/
derātes itaqꝫ ꝙ tu quē ad diuerſas mūdi ꝑtes
ſepius proficiſci ꝯtingit:⁊ cū magiſtris baccala
rijs alijſqꝫ fribꝰ oꝛdis tui lr̄is moꝛibꝰ preſtātia
atqꝫ in genio ydoneis. Frequētiꝰ ꝯuerſaris at/
tēdēteſqꝫ ex locoꝝ diſtātia in q̄bꝰ aliq̄s veniret
inſtituendus inq̄ſitoꝛ dicte heretice prauitatis
ꝑꝑ cauſas plerūqꝫ emergētes q̄bꝰ nō pōt repē/
te vt expediret ꝑ ſedē ap̄licam prouideri ⁊ ſiłr
cū aliq̄s inquiſitoꝛ ex dignis cāis deſtituēdus
eē videret̄ multa mala ⁊ ſcādala ſuboꝛiri poſſēt
anteqꝫ ſedes apoſtolica ꝯſulatur cognoſcentes
integritatem vite litterarum ſcientiam ⁊ pre/
ſtantiam ingenij aliaſqꝫ virtutes quibus altiſ/
ſimus te reddidit inſignitū ⁊ ſperātes ꝙ que/
cūqꝫ ad conſtitutionem vel deſtitutionem in/
quiſitoꝛum heretice prauitatis huiuſmodi tibi
ſalubꝛia chꝛiſtiane fidei ⁊ vtilia videbūtur op/
tima electione ⁊ conſilij maturitate pꝛoſeque/
ris non aduertens amicitiam aut odium vel
aliquam paſſionem quibus poſſis a veritatis
tramite deuiare tibi vt in quibuſcunqꝫ locis ⁊
conuentibus tue cure commiſſis:vbi noticiā
frm̄ tuoꝝ vel infoꝛmationē de ipſoꝝ ydiomate
⁊ v̄tutibꝰ habeas inq̄ſitoꝛes hmōi heretice pra/
uitatis ex dicto oꝛdie ꝯſtituere:eligere:⁊ depu/
tare. Et ſiłr ipſos deſtituere:caſſare:⁊ amouere
poſſis ⁊ valeas. Nō obſtañ. ꝯſtitutionibus lit/
teris aut idultis apoſtolicis generaliter vel ſpe
cialiter ꝯceſſis ēt ſi de ipſis de v̄bo ad v̄bum ſit
mētio ſpālis habēda. Et alijs q̄buſcūqꝫ in ꝯtra
riū faciētibꝰ vſqꝫ ad nr̄m ⁊ ſedis ap̄lice bn̄pla/
citū:ap̄lica auc̄te tenoꝛe p̄ntiū plenaꝫ ⁊ omni/
modā ꝯcedimus facultatē. Datū Rome apud
ſanctū Petrū āno incarnationis dñice. 1431.
Quarto kalendas Maij. Pontificatus nr̄i an
no ſecundo. Ja.de languſto. R.de valentia.

¶ Breue confirmatoꝛium conſtitutionuꝫ oꝛ/
dinis reuocantium prouiſiones ⁊ exemptiōes
quoꝛumcūqꝫ fratrum ab obedientia ⁊ cura mi
niſtroꝛum ⁊ cuſtodum oꝛdinis exemptoꝛum ⁊
maxime pro refoꝛmationibus conuentuum ⁊
fratrum oꝛdinis fiendis.

a **Lexander** papa ſextꝰ. Dilecte fili. Salutem
⁊ ap̄licā bn̄dictionē. Nuꝑ attēdētes ꝙ
frēs minoꝛes ab illoꝝ oꝛdis ſanctiſſima inſtitu
tiōe adeo deuiauerāt vt nulla illiꝰ ꝓ̄ſtine inſtitu/
tiōis noꝛmā apꝺ eos vigere videret̄ ac diuerſoꝝ
regū ⁊ ꝓ̄ncipū aliarūqꝫ pluriū pſonaꝝ ſuꝑ hoc
nobis ꝓ̄latis q̄relis aſſidue pulſati cupienteſqꝫ
eūdem oꝛdinē ad verā illiꝰ ſemitā reduci ⁊ re/
foꝛmari:tibi ac miniſtris ⁊ vniuerſis fratribus
dicti oꝛdinis in ciuitate nr̄a in teramēſi capłm
gñale eiuſdē oꝛdis iuxta illiꝰ moꝛē tūc celebrāti
bꝰ ꝑ diuerſas nr̄as in foꝛma breuis lr̄as māda/
uimus vt ne iuxta regū ⁊ principū ac aliaꝝ pſo
narum hmōi vota domus ⁊ ꝯuentus veſtros
ad veraꝫ vitam dicti oꝛdinis fratrum de obſer
uantia nuncupatoꝛum redigere cogeremur do
moꝝ ⁊ ꝯuentuū eoꝛundem refoꝛmationi dili/
genti ſtudio intenderetis ꝯcedētes vobis que/

cūqꝫ ſtatuta ⁊ ordinatiões que pro reformatio/
ne hmõi ac ſalubri dicti ordis directiõe expedi
re videritis edendi facultatē: ac deīde cum tu
noie hmõi capl'i nõnulla ſtatuta ordinationes
petitiões ac lr'e vr'e declaratiões ⁊ iterꝑtatiões
ꝑ vos ſup hoc edita nobis reuerēter ꝑſentaſſes
nos venerabili fri Georgio epo albaneñ. ꝑdi/
cti ordis vice ꝓtectori ac dilecto filio nr'is An/
tonioto tituli ſcē Praxedis pſbytero cardina/
libus viue vocis oraculo dedim⁹ in mandatis
vt ſtatutis ⁊ ordinationibus ꝑdictis ꝑ eos dili
genter viſis ⁊ mature examinatis nobis illa re/
ferre curarēt: ⁊ cū Greg. eps ⁊ Antoniot⁹ car/
dinales ꝑdicti ſe illa oīa diligēter vidiſſe ⁊ exa
minaſſe atqꝫ in ſalubrē eiuſdem ordis guberna
tionē ⁊ dictoꝝ frm̄ aiarum ſalutē cedere: ⁊ ex/
inde q̄relas hmõi obuiari nobis ſignificaſſent
nos illa oīa ſicuti diligēter ⁊ mature diſcuſſa ꝑ
eos auc̄te aplica ꝯfirmari approbari ⁊ concedi
mãdauimus ꝓut ꝑ eos cõfirmata ⁊ approbata
fuerūt: ⁊ nos haꝝ ſerie ꝯfirmamus ⁊ approba/
mus ⁊ ꝑpetuis futuris tꝑibus inuiolabilr' ob/
ſeruari mãdauimus ⁊ mãdamus. Nos igit' vo
lentes vt hui⁹ ſciſſime reformatiõis opus nul/
latenus ꝑtermittat': ſꝫ ordo ipe quē in viſcerib⁹
gerim⁹ charitatis in priſtinū ſplendoꝝ ⁊ decus
reducat': tibi de cuius ſingulari doctrina: reli/
gionis zelo: prudētia ⁊ ꝓbitate plurimū in do
mino ꝯfidim⁹: ⁊ ad quē ſicuti ad eiuſdeꝫ ordis
gn̄alem miſtrum dictoꝝ frm̄ correctio ⁊ refor/
matio ꝑtinent auc̄te ꝑfata tenore ꝑſentium cõ/
mittim⁹ ⁊ mãdamus: vt ꝑ te vel aliuꝫ ſeu alios
ad id idoneos ⁊ ſufficientes oēs ⁊ ſingulas ꝓ/
uincias domos ⁊ ꝯuentus ꝑdicti ⁊ alia illius:
necnõ ſancte Clare ⁊ tertij ſci Frãciſci de pnia
nūcupati ordinis loca ⁊ monaſteria ꝑ vniuer/
ſum orbem ꝯſtituta cuiuſcūqꝫ congregationis
exiſtãt que tibi ſm̄ lr'am veſtrã vel eoꝝ ſeu eaꝝ
ꝓfeſſionē vel alias ſubiecta ſint ⁊ per te viſitari
poſſint eorūqꝫ ꝑſonas: tã in capite q̃ꝫ in mēbris
auc̄te nr'a viſites ⁊ iuxta ſtatuta ordinationes
declaratiões hmõi ad verã ipſi⁹ religionis nor/
mã reformes ⁊ reducas: illaqꝫ inuiolabilr' obſ/
uari: ac oīa ⁊ ſingula alia facias: exerceas: diſpo
nas: ⁊ exeq̄ris q̄ pro bona ipſi⁹ ordis guberna
tiõe ac reformatiõe hmõi tibi nec̄ia videbunt'
⁊ q̄ñolꝫ oportuna. Cõtradictores quoſlibet ⁊
rebelles ꝑ cēſuras eccleſiaſticas ēt icarceratiõis
ac alia oportuna remedia: ꝑdicta auc̄te appella
tiõe poſtpoſita cõpeſcēdo: iuocato etiam ad h̄
ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Super
qb⁹ oib⁹ liberã ⁊ oimodam tibi earūdeꝫ tenore
ꝑſentiū ꝯcedim⁹ facultatē. Hortãtes nihilomi
nus vniuerſos ⁊ ſingulos archiepos ⁊ epos lo/
coꝝ ordinarios reges principes Duces Baro
nes ⁊ alios dños tꝑales cõitates vniuerſitates:
⁊ alias ꝑſonas q̄ſcūqꝫ: vt tã tibi q̃ꝫ ſingulis ꝑ te
ad ꝑmiſſa deputatis in eiſdē ꝑmiſſis quotienſ/
cūqꝫ ꝑ tua vel eoꝝ ꝑ te fuerit reqſiti efficaci fa/
uore ⁊ auxilio aſſiſtãt. Non obſtãtibus ꝑmiſſis
⁊ ꝯſtõnibus ⁊ ordinationib⁹ aplicis: necnõ ſta/
tutis ⁊ ꝯſuetudinis ꝓuinciaꝝ ꝯgregationum
domoꝝ ⁊ monaſterioꝝ locoꝝ ⁊ ordis ꝑdictoꝝ
iuramento ꝯfirmatione aplica vel quauis alia
firmitate roboratis priuilegijs quoqꝫ indultis
exēptionibus ⁊ lr'is aplicis prouincijs ꝯgrega
tiõib⁹ domib⁹ monaſterijs locis ⁊ ordini hmõi
ac qbuſuis alijs etiam ſup deputatione quorū/
cūqꝫ reformatoꝝ ⁊ als qōlibꝫ ſub qbuſuis ver/
boꝝ formis ⁊ regulis etiam derogatoriaꝝ dero
gatorijs alijſqꝫ fortioribus efficatiorib⁹ ⁊ iſolitis
clauſulis irritãtibuſqꝫ decretis etiam ad reguꝫ
principum ⁊ dñorum tꝑalium ac ordinarioꝝ
cõmunitatum ⁊ vniuerſitatum ꝑdictoꝝ ſup
plicationem ⁊ inſtãtiam eorūqꝫ ꝯſideratione ⁊
intuitu nunc ⁊ pro tempore cõceſſis qbus ea/
rum tenores ꝑſentibus pro ſufficienter expreſ/
ſis habentes quoad premiſſa ſpecialiter ⁊ ex/
preſſe derogamus. Ceteriſqꝫ contrarijs qbuſ/
cūqꝫ. Et vt pax in ordine permaneat precipi/
mus ne de cetero fratres reformati vl' reformã/
di poſſint trãſire ad alias eiuſdeꝫ ordinis con/
gregationes maxime ad frēs de familia nūcu/
patos ſine ſuoꝝ prelatorum licentia petita ⁊ in
ſcriptis obtenta ſub eadem pena trãſeuntibus
⁊ recipientibus quã incurrūt recepti ⁊ qui re/
cipiunt ꝑdictos fratres de familia nūcupatos.
Poſſis tñ tu ſolus inquãtuꝫ reformationi ex/
pedire videbit' ex oium cõgregatiões aliquos
probos viros vt alios inſtruant ⁊ reformēt: vt
tibi videbit' de ꝯgregatiõe in ꝯgregationē trãſ
ferre. Datū Rome apud ſcm̄ Petrū ſub anu/
lo piſcatoris die. vij. Apri'. 1501. Pontificatus
noſtri anno nono. ¶ Adrianus dilecto filio
Egidio delphin de Ameria in theologia magi
ſtro ordinis frm̄ minorum miniſtro generali.





¶ Honorius quartus decernit irrita pacta q̄/
cunqꝫ a frib⁹ cū ꝑlatis eccleſiaꝝ in ꝑiudicium
ordinis locoꝝ vel frm̄ ſine miniſtri generalis
vel capituli generalis aſſenſu inita.

h **Onorius** eps ſeruus ſeruo/
rum dei. Dilectis
filijs gn̄ali miſtro ⁊ fribus ordinis mi/
noꝝ. Salutē ⁊ aplicam bñdictionē. Religiõis
fauor ſub qua virtutū dño deſeruitis ⁊ fructus
vberes q ex veſtris laborib⁹ in eccl'ia vniuerſa/
li diuina gr'a cooperãte ꝓueniunt nos inducūt
vt illa vobis fauorabiliter ꝯcedam⁹ ꝑ q̄ ab im/
pedimētoꝝ obſtaculis liberati fructificar' libe/
rius in eadē eccleſia valeatis. Sane ex parte ve
ſtra fuit ꝓpoſitū corã nobis q̄ nonnulli miſtri
cuſtodes guardiani ⁊ frēs veſtri ordinis in re/
ceptionib⁹ domoꝝ ⁊ locoꝝ eiuſdē ordinis cuꝫ
ꝑlatis ⁊ clericis eccleſiaꝝ in quaꝝ territorio do
mus ⁊ loca ꝑdicta ꝯſiſtunt ſine tua filij gn̄alis
⁊ alicuius ꝑdeceſſoꝝ tuoꝝ ac gn̄alis capl'i ordi
nis ꝑdicti licētia ⁊ aſſenſu cõpoſitiones ⁊ pa/
cta varia in ꝑiudiciū indulgētiaꝝ ⁊ ꝑuilegioꝝ
apoſtolice ſedis eidē ordini ꝯceſſoꝝ inire teme
re ꝑſumpſerint cuꝫ id eis nec ex auc̄te cõpete/
ret nec ex ſpeciali eſſet ꝯceſſione cõmiſſuꝫ: nec
a te ſiue a tuis ꝑdeceſſorib⁹ ꝑfate gn̄alis vel ab
eoꝝ capitulis fuerūt cõpoſitiones ⁊ pacta hu/
iuſmodi acceptata. Quare nobis hūiliter ſup/
plicaſtis vt qr ex ꝯuentionib⁹ ⁊ pactis eiſdē ꝑ/
ſumptis taliter in his q̄ ordini ꝑfato tã ex apo/
ſtolice ſedis ꝑuilegijs ac idulgētijs q̃ꝫ a iure cõ
muni ꝯceſſa eſſe noſcunt' nimiū derogeť proui
dere ſup hoc paterna ſolicitudine curaremus.
Nos itaqꝫ volentes ſup hoc de aplica benigni
tate ꝓuidere ꝑſentiū tenore decernimus q̄ ex
ꝯuentionib⁹ ⁊ pactis talibus ⁊ taliter initis in
his q̄ ipſi ordini vel perſonis aut locis eiuſdē
ſiue de iure cõi competant ſiue ꝑ priuilegia vel
indulgentias ſint ꝯceſſa eidem ordini locis do
mibus vel ꝑſonis preiudiciuꝫ nullū fiat ſed cõ/
poſitionib⁹ ⁊ pactis ipſis dūmodo nec a te me/
morate gn̄alis nec a ꝑdeceſſoꝝ tuoꝝ aliquo: vl'
dicto capitulo acceptata fuerint nequaq̃ꝫ ob/
ſtantib⁹ ⁊ tam ipſius ordinis domibus ꝑſonis
⁊ locis q̃ꝫ his cuꝫ qbus eedem cõpoſitiones ⁊
pacta ſunt inita ius ꝑſtinū abſqꝫ alicuius ipedi
menti obeſſe integruꝫ ꝯſeruet'. Nulli ergo ⁊c.
noſtre conceſſionis infringere vel ⁊c. Datum
Rome apud ſanctam ſabinã quarto idus Fe/
bruarij Põtificatus noſtri anno primo.

¶ Inno. papa. iiij. q̄ nemo deferat hitū frm̄
minoꝝ neqꝫ ei ſimilē niſi fuerit eiuſdē ordinis.

i **Nnocentius** eps ſeruus
ſeruoꝝ dei
Venerabilib⁹ fribus archiepiſcopis ⁊
epis ꝑſentes litteras inſpecturis Salutē ⁊ apo
ſtolicã benedictionē. Qr confuſio habitus ſepe
ꝯfuſionem inducit ordinum ⁊ ēt animoꝝ au/
ctoritate apoſtolica diſtricte duxim⁹ inhibēdū
vt nulli ſiue ſit in religionis ordie ſiue extra or
dinem ꝯſtitutus habitū dilectoꝝ filioꝝ fratrū
minoꝝ aut ita ꝯſimilem q̄ ꝑꝑ eum frater mi/
nor credi poſſit deferri liceat abſqꝫ mãdato ſe/
dis apoſtolice ſpãli. Volumus ergo ⁊ fraterni/
tati veſtre ꝑ aplica ſcripta mãdamus: quaten⁹
ſinguli veſtrū in ſuis ciuitatibus ⁊ dioceſibus
illos q ꝑfatum habitum vel ꝑdicto modo ꝯſi/
milem ꝯtra inhibitionē noſtrã deferre ꝑſum/
pſerint ad deponendum ipſum cū ab ipſis fri/
bus fuerint requiſiti monitione ꝑmiſſa ſubla/
tionis obſtaculo cõpellatis. Datū Laterani ter
tio kal's decēbris. Põtificat⁹ nr'i anno primo.

¶ Innocentius. iiij. q̄ fratres nõ pñt ꝯueni
ri ab aliquo niſi facta mentione huius bulle.

i **Nnocentius** eps ſeruus
ſeruoꝝ dei.
Dilectis filijs gn̄ali miſtro ⁊ vniuer/
ſis fribus ordinis frm̄ minorum Salutē ⁊ apo
ſtolicam benedictionem. Cū iam per ei⁹ grãm
quique mundus abhominat' aſſumit noſtri or
dinis titulus adeo ſit inſignis q̄ vix credit' ab
his qui cõtra vos litteras impetrãt ſine mali/
tia ſubiceri nos ⁊ illoꝝ fraudib⁹ obuiare vr'aꝫ
innocētiã fauorabiliter ꝯfouere volentes auc̄te
pñtium vobis indulgem⁹ vt nequeatis ꝑ lr'as
apoſtolicas ꝯueniri q̄ de hac indulgētia ⁊ ve/
ſtro ordie mentionē nõ fecerit. Nulli ergo oi/
no hoiuꝫ liceat hãc paginã nr'e ꝯceſſiõis ⁊ in/
dulti infringere vel ei ⁊c. Si quis autem ⁊c.
Datum Laterani vndecimo kal's decembris.
Pontificatus noſtri anno primo.

¶ Contra magiſtros ꝑ ſaltū promotos Mar/
tinus papa quintus.

m **Artinus** eps ſeruus ſeruorū
dei. Ad ꝑpetuaꝫ rei
memoriã. Cū valde periculoſuꝫ ſit aia/

bus chriſti fideliū:vt in ſacra theologia ad ma/
giſterij graduȝ indigni promoueant̄ quoꝝ er/
roribus ſcandala ꝛ nōnunq̄ȝ hereſes pullulāt.
Nos prout paſtorale offm̄ reqrit paterno ſtu/
dio circa reformationē pſonarum ipſarum in/
tendentes ne ignorātia diuinarum ſcripturaꝝ
religioni chriſtiane dānum pariat partes apo/
ſtolice ſolicitudinis adhibemus. Relatione ſi
quidem nōnullarum fide dignaruȝ pſonarum
ipſarū ad noſtram notitiam ꝑuenit ꝙ nōnulli
fratres ordinis minoꝝ in varijs mūdi partibꝰ
cōmorantes tracti ambitio ne regularē diſcipli
nam eiuſdem ordinis ꝯtēnentes anteq̄ȝ curſuȝ
ſtudij artiuȝ liberaliū:ꝛ in facultate theologie
per apoſtolicas necnō generales ꝛ ꝓuinciales
cōſtitutiones ac regularia prefati ordinis inſti/
tuta diffinitū debite pfecerint:ꝛ al's gradum ꝛ
honorē magiſterij in eadē facultate obtinēduȝ
idonei fuerit in facultate p̄dicta graduȝ ꝛ ho/
norē hm̄oi impēdi magr̄alia inſignia ſibi ꝯfer/
ri ꝓcurarunt hactenus ꝓut ēt de pn̄ti ꝓcurāt.
Nos igit̄ ne ipeditoꝝ ambitio xp̄iane fidei de/
trimētū afferat oportune ꝓuidere volētes vni/
uerſis ꝛ ſingulis cācellarijs:rectoribꝰ:decanis:
magiſtris:doctoribus ſtudioꝝ:ac vniuerſitati/
bus eorūdem vbicunq̄ȝ conſiſtentium in vir/
tute ſancte obedientie tenore preſentium diſtri
cte precipiendo mandamus: ne deinceps pre/
dictis fratribus ac eoruȝ alteri niſi curſum per
conſtitutiones ꝛ inſtituta huiuſmodi: vt pre/
mittitur prefixum perfecerint:ꝛ al's ad dictuȝ
obtinēdum idonei exiſtant gradum ꝛ honorē
ꝛ inſignia predicta cōferre quomodolibet pre/
ſumant. Decernentes ꝛ eadem auctoritate ſta/
tuentes: ꝙ qlibet ex magiſtris aut doctoribus
qui al's q̄ȝ vt premittitur gradum honorem ꝛ
inſignia huiuſmodi fratribus ipſis aut ipſoruȝ
alicui ipendere preſumpſerint gradu ꝛ honore
magiſterij careat: ac a lecturis ꝛ alijs actibꝰ gra
tijſq̄ȝ magr̄alibus ipſo facto ſit ꝑpetuo p̄uatus
necnō ad gradum honorē ꝛ inſignia p̄dicta de
cetero ꝑ eum aſſumēdis gratijs magiſtralibus
actibuſq̄ȝ legitimis ſit ipſo facto p̄uatus ꝛ om/
nino inhabilis exiſtat. Volumus inſuper vt eiſ/
dem penis ſubiectus ſit quicūq̄ȝ preter rigoreȝ
huiuſmodi gradum ꝛ inſignia predicta ſuſci/
pere preſumpſerit. Volumus auteȝ ꝙ ſi aliqui
ex ipſis fribꝰ bacchalariatum pro hm̄oi gradu
magiſterij ꝯſequendo ꝯtra ꝯſtitutiones ꝛ inſti
tuta p̄dicta fuerint adepti ꝛ illiꝰ p̄textu libros
ſententiaꝝ publice ꝛ actualiter legāt: a lectura
hm̄oi ſub eadē pena penitus ꝛ oīno ceſſent al's
ab eoꝝ ſuperioribus penis grauioribꝰ ꝑ cenſu
ram eccl'iaſticā arceant̄. Nō obſtātibꝰ qbuſcūq̄ȝ
exemptionibꝰ priuilegijs ꝛ indultis ac lr̄is apo
ſtolicis gn̄alibus vel ſp̄alibus vniuerſitatibus
aut ſingularibꝰ pſonis eorumdē ꝛ fribꝰ p̄dictis
ſeu eoꝝ alicui cōmuniter vel diuiſim ꝑ nos aut
p̄deceſſores nr̄os a ſede ap̄lica quomodolibet
ꝯceſſis ēt ſi de eis ac eoꝝ totis tenoribꝰ de v̄bo
ad v̄bum ſp̄alis in his litteris mentio eſſet fi/
enda. Que quoad hoc eis aut alicui eoꝝ ſuffra
gari nolumus ceteriſq̄ȝ ꝯtrarijs qbuſcunq̄ȝ. Et
ne ignorātia huius noſtre voluntatis ꝛ decreti
littere hm̄oi effectū minime cōſequant̄. Uni/
uerſis ꝛ ſingulis prouīcialibꝰ miſtris ſub pena
priuationis ſuoꝝ officioꝝ quā ipſo facto ſi ſecꝰ
fecerint incurrere volumꝰ haꝝ ſerie precipimꝰ
ꝛ mandamus vt in earum prouincijs dictaruȝ
litterarum publicationem ꝛ earum executio/
nem debitis temporibus efficiant. Nulli ergo
omnino hominum liceat hanc paginam nr̄oꝝ
mandati cōſtitutionis ſtatuti ꝛ voluntatis in/
fringere vel ei auſu temerario contraire. Si qs
autem ꝛc. Datuȝ Rome apud ſanctos apoſto/
los decimo kalendas februarij. Pontificatus
noſtri anno. xiij. Cincius Ja. de arminio.

¶ Alia ad idem videlicet contra magiſtros ꝑ
ſaltum promotos Eugenius quartus.

e **Ugenius** ſeruus ſeruoꝝ dei. Ad perpetuam rei
memoriam Romani pontificis proui
dentia circunſpecta nōnunq̄ȝ per predeceſſo/
res ſuos ordinata ſtatuta atq̄ȝ decreta mutat ꝛ
variat modificat ꝛ reſtringit prout perſonaruȝ
rerum ꝛ temporum qualitate penſata conſpi/
cit in domino ſalubriter expedire. Dudū ſiqui/
dem felicis recordationis Martinus papa q̄n
tus predeceſſor noſter volens corrigere abuſuȝ
quem factum fuiſſe ꝛ fieri continuo intellige/
bat in ordine fratrum minorum circa promo/
tiones ad gradum magiſterij in thologia de ꝑ/
ſonis que ad dicti magiſterij gradum promo/
ueri conſueuerant ſine debito curſu ꝛ lectura
ſententiarum in vniuerſitatibus approbatis ꝑ
ſuas litteras ſtatuit ꝛ decreuit vt tales eodem
modo



modo promoti minime gaudere poſſent bene/
ficijs honoribus gratijs priuilegijs exemptio/
nibus indulgētijs taȝ in dicto ordine q̄ȝ extra
magiſtris in theologia: apoſtolica vel quauis
alia auc̄te conceſſis nec pro magiſtris haberen
tur ꝓut in ipſis litteris plenius ꝯtinet̄. Quaꝝ
tenor ſequit̄ in hac forma. ¶ Martinus ep̄s
ſeruus ſeruoꝝ dei. Ad futuram rei memoriam.
Cū in humanis ſcientijs q̄ ad vſum vite tpa/
lis inuente ſunt nemini doctoratus auc̄tas tri
buenda ſit niſi his qui ꝑ ſtudiorum exercitia ꝛ
curſus debitos proceſſerūt hoc in ſacra theolo
gia que fruitionem dei ꝛ vite eterne beatitudi
nem querit multo diligentius eſt ſeruandū q2
lȝ commiſſus error in illis nō nocet corpori in
hac tn̄ vita ſumme periculoſus eſt anime pro
cuius ſalute eſt ante oīa laborandum. Sane nu
per fide digna relatione multoꝝ ad noſtrā no/
titiam deductū ꝙ in ordine minoꝝ quem iter
ceteros religioſos ordies paterna charitate cō
plectimur: reperiuntur q̄ȝ plurimi ad graduȝ
magiſterij promoti tēporibꝰ retroactis ſine de/
bito curſu ꝛ lectura ſententiaꝝ in vniuerſitati/
bus approbatis ſ̄m ꝙ fieri opȝ iuxta formā in
talibus ſeruari conſuetam ꝛ inſtituta ipſius or
dinis ꝛ ſtudij theologie qd̄ periculoſuȝ eſt ani/
mabus fidelium ꝛ inde eorum dicto ordini in
quo antiquitus notabiliter viguit ſemꝑ theo
logie ſcientia propter ſingularem curam ꝛ dili
gentiam adhibēdam in ſuis fratribus ad ma/
giſterium promouendis. Volentes igitur ſuꝑ
his ſalubriter ꝓuidere errata corrigere ꝛ ſcan/
dalis obuiare que ſequi poſſent ex iperitia nō/
nullorum taliter promotorum tenore preſentiū
auctoritate apoſtolica decernimus ꝙ quicūq̄ȝ
reperientur de preſenti ꝛ in futurum reperien
tur in dicto ordine minorum promoti ad ma/
giſterij gradum in theologia extra vniuerſita/
tes ab ipo ordini per generalia capitula ad hoc
ſpecialiter electas ꝛ abſq̄ȝ eo ꝙ ante pfecerint
debitos curſus ſuos ſententias legerint in vni
uerſitatibus approbatis actus legitimos ꝛ ce/
tera exercitia ſcholaſtica fecerint ꝓut legere ꝛ
facere tenentur de conſuetudine vel de iure in
huiuſmodi ſcientia rite magiſtrādi minime de
cetero gaudere poſſint beneficijs: officijs: ho/
noribus: gratijs: priuilegijs: exemptionibus:
indulgentijs: tam in dicto ordine q̄ȝ extra ma/
giſtris in theologia apoſtolica vel alia quauis
auc̄te conceſſis ꝛ quibus magiſtri hm̄oi vti ꝛ
gaudere ꝯſueuerunt ꝛ inſuper ꝙ predicti ꝓmo
ti nō ſeruatis modis debitis vt premittitur nō
habeantur nec reputentur pro magr̄is theolo
gie nec ſe ꝓ talibus gerere ꝛ nominare preſu/
mant. Mandantes dilectis filijs generali ꝛ ꝓ/
uincialibus miniſtris cuſtodibꝰ guardianis ꝛ
eoꝝ vices gerentibus gn̄alibus quoq̄ȝ ꝛ ꝓuin/
cialibus capitulis ac officialibꝰ quibuſcūq̄ȝ or/
dinis memorati ſub pena excōmunicatōiȝ: q̄te
nus has nr̄as litteras q̄ȝtum vnumcūq̄ȝ con/
cernent obſeruent ꝛ faciant inuiolabiliter ob/
ſeruari. Conſtitutionibus ac litteris apoſtoli/
cis aliquibꝰ forte generaliter vel ſpecialiter ſub
quacūq̄ȝ verborum forma ꝯceſſis ꝛ alijs in cō/
trarium facientibus non obſtantibus qbuſcū/
q̄ȝ. Nulli ergo oīno hoīum liceat hāc paginaȝ
nr̄oꝝ mandati ꝛ ꝯſtitutionis infringere vel ei
auſu temerario contraire. Si qs aūt hoc atten
tare p̄ſumpſerit indignationeȝ oīpotentes dei
ꝛ beatoꝝ Petri ꝛ Pauli apoſtoloꝝ eiꝰ ſe noue
ris incurſuꝝ. Datum Rome apud ſcōs ap̄los
kalēdis decembris. Pōtificatꝰ nr̄i anno nono.
¶ Cū auteȝ poſtmodū ad noſtram noticiam
ſit deductū multos errores diuiſiones rixas ꝛ
ſcādala in dicto ordine ꝑꝑ has lr̄as exoriri ma/
xime ꝑꝑ ꝓmotos anq̄ȝ lr̄e cum decreto hm̄oi
emanaſſent. Nos cupiētes predictis ſcandalis
obuiare ꝛ ipſū ordinē in pace ꝛ tranq̄litate pa/
ternis affectibꝰ ꝯſeruare ad hoc ēt dilectorum
filioꝝ gn̄alis miſtri ꝛ ꝓcuratoris dicti ordinis
ſupplicatiōibꝰ iclinati volumꝰ ꝛ pn̄tiū tenore
ap̄lica auc̄te decernimꝰ ꝙ hm̄oi p̄deceſſoris lit
tere ad eos q ante ipſaꝝ litterarum datam ad
magiſteriū ꝓmoti fuerint minime ſe extēdant.
Quibꝰ q̄ȝtū ad ipſos dumtaxat ꝑtinet deroga
mꝰ ꝛ nulliꝰ volumꝰ eſſe roboris vel momenti.
Uerumtn̄ ſi q ex ipſis indigne ꝓmoti fuerint
poſt ꝛ ꝯ alias lr̄as p̄deceſſoris eiuſdē q̄ de ꝓmo
uēdis ad magiſteriū faciūt mētioneȝ ipſaꝝ lit/
teraꝝ quas in ſuo robore volumꝰ in oībus per/
manere decreto ꝛ pene ſubiaceant. Ad ceteros
autem promotos poſt ipſarum litterarum da/
tam que tamen de promotis loquūtur ꝛ preſen
tibus ſunt inſerte eaſdē litteras volumus iuio/
labiliter obſeruari quas q̄ȝtum ad eos pertinet
auctoritate ſimili ꝯfirmamꝰ. Cōſtitutionibus